



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

VI. An possit optari præbenda habens aliquod onus annexum, puta præbenda Theologalis, Pœnitentiariæ vel alia similis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)



*d. tract. de jure patr. num. 158.* quod ipsum etiam ex eo comprobari potest, quod *supra q. 3. concl. 7. & q. 4. ad finem* ostendimus, induci posse specialem consuetudinem optandi beneficia reservata, & quæ sunt de jure patronatus.

QUÆRO SEXTO, *An possit optari præbenda habens aliquod onus annexum, puta præbenda Theologala, Pœnitentiaria, vel similis.*

Respondeo † non posse: ita in specie voluit Navar. 98 *cons. 14. de reb. eccles. non alien. nu. 3. volum. 1. & probari potest, cum quod ibi electa videtur industria persona, cum quia ubi aliquod beneficium requirit qualitates aliquas, aut examen, si cui indulgetur, ut possit cōsequi beneficium aliquod, aut dignitatem, illud non venit, quod examen aut qualitates illas requirit, ut est optimus tex. in c. fin. de transl. episc. cum ibi not. pro quo etiam faciunt, quæ de hujusmodi præbendis certis personis graduatis, ac certis qualitatibus præditis † 99 omnino conferendis decrevit Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de refer. sess. 24. c. 4. & sess. 25. c. 5. traditque inter alios Covar. pract. q. c. 36. num. 3. Rebuf. in concord. Rubr. de collat. §. 1. verbo, Theologalem, & verbo, alteri, & Jo. Quintil. Hæd. in repetit. o. de multa, num. 45. & seqq. de præbend. Tandem quod hujusmodi præbendæ erectæ in Theologalem & Pœnitentialem non possint optari, postquam hæc scripsi inveni fuisse decisum per sacram congregationem super declaratione Concilii Trident. ad cap. 1. sess. 5. & cap. 8. sess. 24. de reform. An vero per canonicum possit optari dignitas, quæ aliqua ex causa reservata non sit, dicemus inf. c. 5. q. 2.*

QUÆRO SEPTIMO, & ultimo in hoc cap. *An possit optari præbenda minor, qua tamen aliqua de causa sit magis grata?*

Respondeo † posse: ita gloss. d. c. fin. in verbo, meliores & ibi Butr. & Anchar. de consuet. in 6. eamque gloss. sequitur Franc. Marc. decis. Delphin. 1258. nu. 4. 1. part. & communiter, ac merito receptam dicit Navar. de reb. eccles. non alien. cons. 4. volum. 1. à qua etiam opi-